

DE PESSIS, Sectio XLV.

Pessus est lana concepta & ad digiti formam rotunda, in qua medicamenta excipiuntur, ac genitalibus mulierum indantur. Horum alii

Alterant, hoc est, v.

Purgant: ut — Pessus pituitam educens.

Astringunt: ut — Pessus ad menstrua sistenda.

Aperiunt: ut — Pessus menstrua provocans.

Abstergunt & consolidant: ut — Pessus uteri ulcera siccans.

Emolliunt, &c. ut — Pessus emolliens.

Dolorem sedant: ut — Pessus ad uteri praecipitationem.

DE PESSIS ASTRINGENTIBUS.

Pessus menses sistens.

R. Stercoris porci ℥j.
Sanguinis Draconis ℥j.
Boli Armeni ℥ij.

Succi burix Pastoris, vel succi Plantag. q. f.
Fiat pessarium, ad formam suppositorii, quo filo obligatum noctu subiciatur. *Rondeletius.*

Alius.

R. Cornu Cervi usti ℥ij.
Thuris ℥j ℞.
Gallarum ℥ij.
Balaustiorum, Rosarum rub. ana ℥j ℞.
Gummi, Acaciae, Hypocistidis ana ℥ij.
Boli Armeni ℥j ℞.

Trita in pollinem levissimum succo plantaginis excipiuntur, & linteolis deligata fingantur pessii, qui in mulieris pudendum interantur. *Fuchsius.*

DE PESSIS APERIENTIBUS.

Pessus menstrua movens.

R. Myrrhae, sem. Nigellae ana ℥ij.
Salviae ℥ij.
Castorei ℥j.

Cum succo Mercurialis, vel pauca terebinthina, vel melle fiat pessarium. Aut pulvis ponatur in sacculo, confecto ex panno raro, addito panco bombace: fiat ad crassitudinem digiti majoris, indaturque. *Rondeletius.*

Alius.

R. Artemisiae, Abrotani,
Dictamni ana ℥ij.
Rad. Acori, rad. Rub. tinct. ana ℥j ℞.
Nigellae ℥ij.
Baccatum Lauri ℥j.
Rutae ℥ij.
Sabinæ ℥j.
Castorei ℥j.
Myrrhae, Stactis ana ℥j.
Sagapeni ℥j ℞.

A Tuis & cribratis iis quae opus est, mellis quantum satis est, ut in coalitum crassiore & unitatem coeant, adjiciatur, & ubi opus est, fingantur pessii, qui in vulvam indantur. *Fuchsius.*

DE PESSIS ABSTERGENTIBUS & CONSOLIDANTIBUS.

Pessus ulcera siccans.

B Pessarium paratur, quod unguento e pompholyge imbutum indatur vulvae: vel aliud unguento rosaceo imbutum naturalibus subiciatur: vel medullae cervinae, adipis anserini ana ℥j ℞. ovorum duorum coctorum lutea, terebinthinae ℥j. croci ℥j. subigantur, vulvaeque inserantur. *Andernacius.*

DE PESSIS EMOLLIENTIBUS.

Pessus emolliens.

R. Butyri recentis sine sale ℥ij.
Medullae cervinae,
Adipis Anseris, item Gallinae ana ℥j ℞.
Masticis, Meliloti ana ℥j.
Sem. Lini, Foeniculi ana ℥j ℞.
Ovorum lutea N. ij.

D Olei Rosacei, Ictini ana ℥j.
Cerae quantum satis est ad justam crassitudinem induendam.
Deinde lana duplicata in hoc medicamentum intincta, utero subiciatur. *Fuchsius.*

DE PESSIS DOLORREM SEDANTIBUS.

Pessus dolorem mitigans, ex calido.

E Pessus paratur, cui opii paululum miscetur, quod calorem nimium obtundat. Verum tunc pessus non longiore tempore, quam dimidiae horae spatio retineri debet, ne pars nervosa membranosaeque à frigido noxam concipiat. *Andernacius.*

Pessus ad uteri praecipitationem.

R. Benzoini, Styracis,
Caryophyllorum ana ʒj.
Gallix moschatæ ʒʒ.
Moschi G. vj.

Fiat pulvis, exceptus bombace imponatur in uterum. *Rondeletius.*

Aliud.

R. Ficum, sinde & inverte: diambra, cinnamomo & moscho, his nempe permixtis, repleatur: hinc filo serico in orbem confuatur: tandem sepe pertunditur sicca, quo inclusum aroma odorant, spargat, filoq; alligata, postquam oleo ma-

A cis rigata fuerit, ac in acumen fastigiata utere immittitur. *Heurnius.*

DE PESSIS PURGANTIBUS.

Pessus pituitam educens.

R. Spec. Benedictæ lax. ʒ iij.
Agarici trochiscati ʒ ij.
Terebinthinæ parum,
Succi Mercurialis quantum sufficit.
B Formetur pessarium, ad formam suppositorii: quod filo obligatum, noctu subiciatur. *Rondeletius.*

DE SACCULIS, Sectio XLVI.

SACCULI sunt fomenta arida. Horum alii conferunt

- Capiti: ut { Pileolus ad dolorem capitis,
Alius, alius.
Pileolus ad dolorem capitis ex mixto humore,
Pileolus ad destillationem, roborans, & materiam exiccans,
Pileolus ad frigidam destillationem, astringens,
Pileolus ad calidam destillationem, astringens, &c.
- Cordi: ut — Sacculus ad cordis affectus frigidos.
- Ventri: ut { Sacculus ad ventriculum imbecilem, doloremq; calefaciens, &c.
Sacculus ad dolorem ex pituita,
Sacculus ad lateris dolores, &c.

DE SACCULIS CONFERENTIBUS CAPITI.

Pileolus ad dolorem capitis.

R. Galangæ, Calami odorati, Cyperi ana ʒ iij.
Nucis moschatæ, Caryophyllorum ana ʒ ij.
Betonicæ, Majoranæ ana ʒj.
Florum Authos, flor. Storchados ana ʒʒ.
Fiat pulvis, qui bombace exceptus, panno rubro raro intersuatur, & fiat cuculla. *Rondeletius.*

Pileolus ad dolorem capitis, alius.

R. Majoranæ, Betonice, Melissæ,
Rorismarini, Storchados ana P. j.
Rosarum rubrarum, Cort. Citri,
Granorum alkermes ana ʒ iij.
Macis, Piperis longi, Cubebarum,
Caryophyllorum ana ʒʒ.

Hæc in pulverem redacta, panno serico rubro & raro, ad formam pileoli cōcinnato insuatur: vel, ut vulgares dicunt, syndone duplici cum modico gossypio intersuto condantur. *Andernacius.*

Sacculus capitalis, alius.

R. Florum Rorismarini,
Florum Lavendulæ,
Florum Chamomillæ, flor. Betonice,
Rosarum rub. ana M. j. ʒ.
Salviæ, Majoranæ, Serpylli, Meliloti ana M. ʒ.
Foliorum Senæ ʒ ij.
Storchados ʒ iij.
Caryophyllorum, Nucis moschatæ,

C Maceris ana ʒ ij.
Contusa in sericum demittantur, formeturque sacculus tertia formam exprimens.

Pileolus alius, ad dolorem ex mixto humore.

R. Rosarum rubrarum, Violarum,
Flor. Meliloti, item Chamomillæ,
Storchados, Rorismarini ana P. ʒ.
Melissæ, Betonice, Majoranæ,
Pulegii ana M. ʒ.

D Cocci infectorii ʒ ij.
Omnia diligenter trita pileolo ex panno serico rubro & raro insuantur: qui die noctuq; ad mentes aliquot getteur. *Andernacius.*

Pileolus ad destillationem, roborans & materiam exiccans.

R. Rosarum rubrarum P. ij.
Melissæ, Betonice, Majoranæ,
Origani ana M. ʒ.
Nucis moschatæ, Caryophyllorum,
Gummi Juniperi,
Baccarum Cupressi ana ʒj.
Cocci infectorii, Maceris ana ʒ ʒʒ.
Thuris, Mastiches ana ʒ ij.

Hæc in tenuissimum pulverem redacta, panno serico rubro & raro, ad pileoli formam adaptate insuantur. *Idem.*

Sacculus ad idem, paratu facilis.

R. Salis torridi ʒ ʒʒ.
Milii torrefacti ʒ iv.